Quelle:
Copyright:

Et post pauca: " Hec ego attendens et vigili
" meditatione perpensans sequens opusculum
" de instructione neophitorum curatorum com-
" posui rudi quidem stilo sed utili " ꝛc.
In fine prefationis dicit author: " Vestram
" reverentiam paternam conservet deus ec-
" clesie sue sancte cui me humiliter recomen-
" do Scriptum Karoli anno domini millesi-
" mo tercentesimo trigesimo et " qui Karolus
procul dubio est Codicis nostri Scriptor.
Opus ipsum tribus constans partibus in-
choatur: " Quoniam secundum quod dicit
" Propheta Malachias ꝛc". Tulit quoque ab ali-
quis nomen Enchiridion Sacerdotum, et Ma-
nipulus Curatorum, atque a Georgio Ale-
xandro Corelianensi in graecum idioma
est translatum, cui author audit Sc Monte
Poker. De editionibus vide M. Denis Wien,
Anzeig zur Buchdruckergeschichte Wiens,
pag: 27.

Guido de monte Racherii, seu ut alii
Rotherii, et in Ms: Baluzii Rocherii Gal-
lus Theologus praesens opus Scripsit ao 1330.
Vide Trithem: de Script: eccles: cap: 549.
Fabric: Bibl: med: & inf: Lat: Lib: 3. p: 133.

2.

Wenceslai Equitis Melit: Tractat: de VII donis spiritus S.

76a — 133a

Wenceslai Equitis Melitensis Tractatus
de VII donis Spiritus Sancti. Incipit: " Ap-
" prehendent septem mulieres virum unum
" ꝛc hec verba de futuris contingentibus
predixit Ysaias propheta ꝛc. In fine
scriptum: " Tractatus hujus est finis de
" septem Spiritus S. donis." Balbinus in Boe-
mia docta edit. Ungar. Part. 3 pag 157 et Cod
ms: Eccles: Crumlov: authorem nominat Wen-